

(42.) Sed diabolus, inventor¹ omnium malorum, invidus omnium honorum, diversa machinamenta componens, omnes in partes se verfit, considerans, ut impediret tam sanctum opus. Videns enim, quod a coepto² opere non desisterent, sed cottidie instarent operi, tum per noctem, quidquid in die operati erant, anihilando et destruendo multum molestabat sanctam illam congregationem*.

19. (43) Sed pius, omnipotens, et bonus dominus, qui semper suis in tribulationibus succurrere solet et molestatis subvenire, tristatos exhilarare³, et absque adminiculo existentes non [fol. 5^a] sinit sine adiutorio divinae pietatis.

(44.)** Existentibus ergo eis in tali pressura, misit sanctum ac laudabilem dominum et patronum sanctum Blasium, qui adunatis⁴ fratribus, ac insimul existentibus in suo oratorio ligneo⁵ salutando eos, in primis adorsus est eos talibus verbis: „avele fratres.“

(45.) Post salutationem intulit verba consolatoria, dicens eis, se missum a domino, adiungens etiam, quod Blasius vocitaretur, et dominus ipsis gratiam impertiendo, ipsos in gratiam sui receperit, et ipsum missum ad abigendos malignos⁶ spiritus, et imperando, ut ablata referrent et destructa reformarent ac de omni dampno satis facerent: adiungens etiam, se tutorem ac defen-

sorum, nec non (46) patronum a deo destinatum loco illi, ut in posterum ulterius non vexarentur tali incommodo, dicens, se hoc facturum cum magno conamine, cum tuta cautione ac bona fide, ut omnes supervenientes loco illi experientia cottidiana experirentur, se bonum patrem et defensorem fore loco huic more pii patris ac patroni. (47.) Post haec verba consolatoria ac ammonitione paterna, sicut decebat patronum, ut sine offensione fraternae dilectionis invicem se diligendo deo servirent, recepit se in coelum. (48.) Tunc pater cum omni conventu prostraverunt se in facies suas super terram, laudantes mirifica magnalia dei.

20. (49) Post haec coeperunt aedificare cum magna exultatione et magno desiderio, nihil conquerentes¹ de dampno anteriori, omni pusillitate postposita in tantum enim erant exhilarati² de bono patrono, de cuius defensione nihil haesitabant, quin in omnibus et per omnia tuerentur ab eo. Omnibus igitur laborantibus ac viriliter operi insistentibus quilibet secundum vires suas se ingressit operi cum magna voluntate, sicque solempne hoc opus ecclesiae in brevi ad perfectionem perductum est, in loco, ubi nunc habetur vetus³ coenobium*.

(50.) Sed locus claustralis sive coenobialis habebatur, ubi nunc ecclesia sancti Stephani constructa tenetur**.

21. (51) Sciendum autem, quod infestationem magnam patiebantur ab alveo fluvii, qui dicitur Alba, inundatione sua a nimis imbris sive nivibus impetuose decidentibus [fol. 5^b]; in tantum fluvius ille meta sui alvei excedens, ut locum mansionis multotiens vastando turbaret fratrum contubernium; habebant enim caulas sive stabula pecorum suorum, et hortos⁴ vicinos situ praedicto fluvio. (52.)*** Tunc omnes communi decreto rogabant omnipotentem deum, ut fluvio illi praeciperet, ut tranquillo modo in alvei sui meatu teneretur, ne ulterius in tantum vastaret locum mansionis ipsorum. Tum quasi securi, se a deo exauditos esse, firmiter

¹ conquaer., ² exhilarati sec. m. ³ vetus ist in der Hf. wiederholt. ⁴ ortos, Hf.

* Nach dem rotulus defunctorum wurde das *vetus* monasterium unter dem ersten Abte Beringer erbaut und 1086 geweiht. Da es 1322 nicht verbrannt ist, so gibt obige Angabe keinen Anhaltspunkt für die Zeit des Verfassers.

** Ist aus Kap. 12 (22) wiederholt. Auch kleinere Züge und Wendungen kommen mehrmals mit denselben Worten vor. Vgl. Kap. 26, 17.

*** Herrgott schrieb auf dem Rand: Verum est intumescere quandoque Albam amnem fierique torrenti similem, sed ne noceat pratis, forte ideo in honorem s. Nicolai constructum intra muros visitur sacellum. Ueber dieses sacellum siehe oben cap. 14 (25). Es gehörte zum *vetus* monasterium, das 1322 nicht verbrannt ist.

¹ intentor, Hf. ² accepto, Hf. ³ exhilarare, Hf. ⁴ adunatis pr. m. ⁵ ligneo, Hf. ⁶ abigendos malignos pr. m.

* Randnote von Herrgott: suspicor et hanc fabulam esse, quam accepta occasione auctor forte ex vita s. Benedicti desumpsit. Darüber steht von anderer Hand (von Wiltberg?) Obicitur: cur haec non refutas, sed tam (I. tantum) illud de pica? Dieser Schreiber war also nicht ganz mit den kritischen Bemerkungen Herrgotts einverstanden. Solche Sagen kommen oft vor.

** Auf dem Rande steht anfänglich von P. Meyers, hierauf von Herrgotts Hand: Coelestis praeco s. Blasius e coelo missus malignus spiritus abegisse, et multa fratribus promississe narratur. Sed mallem dicere, primos illos eremitas, quorum auctor beatus Reginbertus erat, s. Blasii tutelae se commisisse, eumque in patronum sibi assumpsisse, propterea quod s. Blasii patrocium praepotens erat ubique locorum praesertim Constantiae, ubi in cathedrali ecclesia proprium habebat in sui honorem altare constructum, vel quod sciverant fratres illi s. Blasium similem illis in eremo vitam duxisse. Cur autem ita suspicor, argumento mihi est, quod primum saeculo XI. id est post vel circa ipsa Reginberti tempora fratres patrocium s. Blasii implorasse videntur ex actis monasterii Murenensis, quorum auctor de saeculo XI. loquens ait: „fratres de Cella s. Blasii, quae antea, vocabatur Alba de fluvio, qui praeterfluit, mutarunt suam priorem consuetudinem.“ Certe si hoc miraculum ante XI. seculum factum esset, non video, cur non prius incolae mutarint nomen Cellae Albae in Cellam s. Blasii tam insigni patroni et tam miraculose a deo coelestis missi.